TIT. LI.
DE COLONIS THRACENSIBUS.

Thracenſes capitationis tributa non præſtant, ſed tributa terræ. Bart.

1. Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA. Rufino P. P.

PEr univerſam dicœceſim Thraciarum [1] ſublato in perpetuum humanæ capitationis cenſu, jugatio [2] tantum terrena ſolvatur. Et ne forte colonis tributariæ ſortis nexibus abſolutis, vagandi [3], & quo libuerit, recedendi facultas permiſſa videatur, ipſi quidem originario jure teneantur: & licet conditione [4] videantur ingenui, ſervi tamen terræ ipſius, cui nati ſunt, exiſtimentur: nec recedendi [5] quo velint, aut permutandi loca habeant facultatem, ſed poſſeſſores [6] eorum jure utantur, & patroni [7] ſolicitudine, & domini [8] poteſtate. Si quis vero alienum colonum ſuſcipiendum, retinendumve crediderit: duas auri libras ei cogatur exolvere, cujus agros transfuga cultore vacuaverit [9]: ita ut eundem cum omni peculio ſuo, & agnatione reſtituat.

TIT. LII.
DE COLONIS ILLYRICIANIS [10].

Coloni Illyriciani origine, a terra ſe ſeparare non poſſunt. Bart.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Probum P. P.

COlonos, inquilinoſque per Illyricum [11], vicinaſque regiones, abeundi rure, in quo eos originis [12] agnationiſque merito certum eſt immorari, licentiam habere non poſſe cenſemus. Inferviant terris non tributario nexu, ſed nomine, & titulo colonorum: ita ut ſi abſceſſerint, & ad alium tranſierint, revocati, vinculis, pœniſque ſubdantur: maneatque eos pœna, qui alienum, & incognitum recipiendum eſſe duxerint: tam in redhibitione operarum, & damni, quod locis, quæ deſeruerant, factum eſt: quam multæ [13], cujus modum in auctoritate Judicis collocamus: ita ut etiam dominus fundi in quo alienus fuiſſe monſtrabitur, pro qualitate peccati coërcitionem ſubire cogatur: nec ſit ignorantiæ locus, cum ad criminis rationem ſolum illud ſufficiat, quod incognitum ſibi tenuit. Servum etiam in memoratis regionibus ſi quis receperit [14], ignorationis excuſatione ſublata, quadrupli pœna teneatur, operarum præterea compendiis, damniſque præſtitis. In libertis etiam, quos pari uſurpatione ſuſceperit, is modus ſit, quem circa liberos colonos duximus retinendum. Dat. 3. Id. Jul. GRATIANO A. II. & PROBO CONSS.

TIT. LIII.
UT NEMO AD SUUM PATROCINIUM SUSCIPIAT RUSTICANOS, VEL VICOS EORUM.

1. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Nicoſtrato [15] P. P.

SI [16] quis [17] poſt hanc noſtri numinis [18] ſanctionem, in fraudem circumſcriptionemque publicæ functionis, ad patrocinium [19] cujuscunque conditionis confugerit: id, quod hujus rei gratia geritur ſub prætextu donationis, vel venditionis, ſeu conductionis, aut cujuslibet alterius contractus, nullam habeat firmitatem: tabellionibus [20], qui talia inſtrumenta conſcribere auſi fuerint, bonorum proſcriptione plectendis: qui tamen ſcientes auſi fuerint hujusmodi inſtrumenta conſcribere: vicis [21] etiam, vel poſſeſſionibus ad patrocinia confugientium, publico vindicandis. Hæc autem perſonæ, quæ contra publicam utilitatem in clientelam [22] ſuſcepiſſe collatores detectæ fuerint, nobiliores quidem centum auri librarum condemnationem ſubire cogentur: mediocris vero fortunæ, facultatum ſuarum amiſſione plectentur: eadem pœna multandis etiam his, qui intercedentes miniſterium ſuum hujusmodi nefariis actibus [23] improbamente præbuerint. Quam formam ex eo quidem tempore, quod ſacra conſtitutio a divæ memoriæ Martiano promulgata continet, id eſt, in [24] Thracia [25] quidem dioceſi ab hinc annis triginta, hoc eſt a conſulatu Aëtii ſecundo, & Sigisbuldi: in Orientali [26] vero, & Ægyptiaca, & Pontica, & [27] Aſiana dioceſi, vigintiſex [28]: hoc eſt, a Conſulatu Cyri valere, atque executioni mandari præcipimus. Dat. Kal. Sept. ANTHEMIO A. II. CONS. 468.

2.

NE quis vicanis [29] patrocinium polliceatur, vel agricolas in clientelam ſuſcipiat redituum, alteriusve lucri promiſſione recepta, & ut qui hæc non ſerva verit, ſupradictis pœnis, majorique commotioni ſubjaceat. Præterea ut vicani, ſi ſervi ſint, dominis caſtigati reddantur: ſi liberi XX. libris multentur, & verberati una cum decem prioribus vici in perpetuum relegentur, dummodo ſcientibus omnibus receſſerint.

3. Imp. JUSTINIANUS A.

SI cujuslibet tributarius [30] junxerit ſibi tributariam uxorem, vel e contrario, ſi [31] cujuslibet ancilla ſervo ſe junxerit alieno, tam tributarii, quam ſervi filios, matrum ſequi conditionem, earumque more genitricum ſuarum dominis ſubditas eſſe cenſemus.

TIT. LIV.
NE [32] RUSTICANI [33] AD ULLUM OBSEQUIUM DEVOCENTUR.

1. [34] Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

NE [35] quis ex ruſticana plebe, quæ extra muros [36] poſita capitationem [37] ſuam detulit, & annonam congruam præſtat, ad ullum [38] aliud obſequium devocetur: neque a Rationali [39] noſtro mularum fiſcalium, vel equorum miniſterium ſubire cogatur [40]. Sine die & conſule [41].

2. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Probum P. P. Illyrici [42].

SI qui eorum, qui provinciarum Rectoribus obſequuntur, quique in diverſis agunt officiis principatus, & qui ſub quocunque prætextu publici muneris poſſunt eſſe terribiles, ruſticano cuipiam neceſſitatem obſequii, quaſi mancipio ſui juris imponant, aut ſervum ejus, vel forte bovem in uſus proprios, neceſſitatesque converterint [43], ablatis [44] omnibus facultatibus, perpetuo ſubjugentur exilio [45], & nihilominus ruſticanum, qui ſe in ejusdem opera [46] ſponte propria detuliſſe deſponderit, par pœnæ ſeveritudo conſtringat. Dat. prid. Kal. Octobr. *Agrippinæ*, VALENTIN. & VALENTE AA. CONSS. 365.

TIT. LV.
NON LICERE HABITATORIBUS METROCOMIÆ [47] LOCA SUA AD EXTRANEUM TRANSFERRE.

1. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Nicoſtrato P. P.

IN [48] illis [49], quæ *metrocomiæ* communi vocabulo nuncupantur, hoc adjiciendum neceſſario noſtra putavit humanitas, ut [50] nulli extraneo illic quoquo modo poſſidendi licentia tribuatur [51]: ſed ſi quis ex iisdem vicanis [52] loca ſui juris alienare voluerit: non licere ei, niſi [53] ad habitatorem adſcriptum ejusdem [54] metrocomiæ per qualemcunque contractum [55] terrarum ſuarum dominium poſſeſſionemque transferre: ſciente perſona extranea, quod ſi contra vetitum ſe huic negotio immiſcere, vel illic poſſidere tentaverit: quicunque contractus initus fuerit, carebit effectu, & contractu ſoluto, ſi quid præſtitum eſt, hoc [56] tantum reddetur. Dat. Kalend. Sept. ANTHEMIO A. II. CONS. 468.

2.

NE quis vicanis [29] patrocinium polliceatur, vel agricolas in clientelam ſuſcipiat redituum, alteriusve lucri promiſſione recepta, & ut qui hæc non ſerva verit, ſupradictis pœnis, majorique commotioni ſubjaceat. Præterea ut vicani, ſi ſervi ſint, dominis caſtigati reddantur: ſi liberi XX. libris multentur, & verberati una cum decem prioribus vici in perpetuum relegentur, dummodo ſcientibus omnibus receſſerint.

3. Imp. JUSTINIANUS A.

SI cujuslibet tributarius [30] junxerit ſibi tributariam uxorem, vel e contrario, ſi [31] cujuslibet ancilla ſervo ſe junxerit alieno, tam tributarii, quam ſervi filios, matrum ſequi conditionem, earumque more genitricum ſuarum dominis ſubditas eſſe cenſemus.

TIT. LIV.
NE [32] RUSTICANI [33] AD ULLUM OBSEQUIUM DEVOCENTUR.

1. [34] Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

NE [35] quis ex ruſticana plebe, quæ extra muros [36] poſita capitationem [37] ſuam detulit, & annonam congruam præſtat, ad ullum [38] aliud obſequium devocetur: neque a Rationali [39] noſtro mularum fiſcalium, vel equorum miniſterium ſubire cogatur [40]. Sine die & conſule [41].

2. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Probum P. P. Illyrici [42].

SI qui eorum, qui provinciarum Rectoribus obſequuntur, quique in diverſis agunt officiis principatus, & qui ſub quocunque prætextu publici muneris poſſunt eſſe terribiles, ruſticano cuipiam neceſſitatem obſequii, quaſi mancipio ſui juris imponant, aut ſervum ejus, vel forte bovem in uſus proprios, neceſſitatesque converterint [43], ablatis [44] omnibus facultatibus, perpetuo ſubjugentur exilio [45], & nihilominus ruſticanum, qui ſe in ejusdem opera [46] ſponte propria detuliſſe deſponderit, par pœnæ ſeveritudo conſtringat. Dat. prid. Kal. Octobr. *Agrippinæ*, VALENTIN. & VALENTE AA. CONSS. 365.

TIT. LV.
NON LICERE HABITATORIBUS METROCOMIÆ [47] LOCA SUA AD EXTRANEUM TRANSFERRE.

1. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Nicoſtrato P. P.

IN [48] illis [49], quæ *metrocomiæ* communi vocabulo nuncupantur, hoc adjiciendum neceſſario noſtra putavit humanitas, ut [50] nulli extraneo illic quoquo modo poſſidendi licentia tribuatur [51]: ſed ſi quis ex iisdem vicanis [52] loca ſui juris alienare voluerit: non licere ei, niſi [53] ad habitatorem adſcriptum ejusdem [54] metrocomiæ per qualemcunque contractum [55] terrarum ſuarum dominium poſſeſſionemque transferre: ſciente perſona extranea, quod ſi contra vetitum ſe huic negotio immiſcere, vel illic poſſidere tentaverit: quicunque contractus initus fuerit, carebit effectu, & contractu ſoluto, ſi quid præſtitum eſt, hoc [56] tantum reddetur. Dat. Kalend. Sept. ANTHEMIO A. II. CONS. 468.

---

1 Capitationem non præſtant coloni Thracenſes, *ut hic*, ut nec Illyricani, *leg.* 1. *C. ſitul. proxim.* plura vide quæ ſcripſi *l.* 1. *C. ne ruſticani. h. l. tit.* 54. Goth. Dioceſis Thraciæ habet ſex provincias, ut Marianus Scotus ſcribit, Europam, Thraciam, Hæmimontum, Rhodopen, Mœſiam ſecundam, Scythiam. *Mod.* 2 Jugatio terrena a capitationis humanæ cenſu differt. Capitationem autem paulo poſt vocat tributariam ſortem. 3 Colonis vagari & quo libuerit, recedendi facultas non eſt. *l.* 15. *ſupr. de agricolis. h. lib. tit.* 47. 4 Coloni conditione ingenui, ſervi tamen terræ ſunt. 5 Redeundi. 6 Coloni poſſidentur a patronis ſuis & dominis. 7 Coloni patronum habent. 8 Coloni dominum habent, *ut hic*, aut potius terra ipſa coloni domina. 9 Al. *cultor evacuaverit.*

10 Illyricanis, al. *Illyrianis.* 11 Capitationem non præſtant coloni Illyricani, *ut hic*, vide plura ad *l.* 3. *infr. ne ruſticani*, ubi dixi. *h. l. tit.* 54. Goth. Videtur accipiendi lex hoc de Illyrico occidentali. Nam Orientale infert capitationem excepta ecclesia Theſſalonicenſi. *l.* 11. *ſupr. de an. & trib.* Mod. 12 Coloni originis & agnationis merito in fundis ipſis & agris immorantur. 13 Id ſpeciale hoc caſu, aliud jus in aliis eſt. *l.* 4. §. *quod ſi ſervus. ſupr. de ſervis fugitivis.* 14 *leg. ultim. ſupr. de agent. in ſtat.*

15 *Orientis*, al. 16 Si quis in fraudem fiſcalium ad patrocinium alicujus, ſub prætextu donationis, venditionis, vel conductionis, confugerit, quod factum eſt, nullam firmitatem habeat: tabellionibus, qui inſtrumenta conficiunt, bonorum proſcriptione plectendis, & vico id committente, ſimiliter fiſco vindicando. Qui vero ſciens fecerit, ſi locuples eſt, centum auri libras ſolvat: ſi inops, proſcribatur: eadem pœna multandis iis, qui hanc ad rem miniſterium ſuum præbuerint. *Synopſis Baſilicon 7. titul. p. m. lib.* 56. *tit.* 3. *c.* 1. Goth. Vid. *Alexar. hic.* Ant. Adde Cujac. *lib.* 8. *obſ. c.* 22. S. I. 17 *Pars l. ult. ſupr. de exactoribus tributorum. l.* 10. *tit.* 19. 18 *Nomenſis*, vide Salvianum *lib.* 6. *de provid. Dei.* 19 Patrocinii nomine quod poſſidetur, vere non poſſidetur. *l. ult. ſupr. de exact. tribut. l.* 10. *tit.* 19. vide *ſupr. tit. ne liceat potentior.* 20 Tabellionis publici contractuum ſcriptores. *l.* 2. *ſupr. de eunuchis, l.* 17. *ſupr. de fide inſtrum. & amiſſ. l.* 14. §. 3. *ſupr. de ſacroſ. Eccleſ. νομικοὶ ἀγορασίαι*, ut quæ ab eis conficiuntur ἀγορασίαι, forentia *al. l.* 17. 21 Publicari vicus etiam integer poteſt. 22 Clientes ſuſcepit. vide Cujac. *h. obſerv.* 12. *dixi ad l.* 3. *ſupr. de nox. Goth.* Goth. Hinc apparet *ſuſcipere* eſſe clientes, qui ſe & bona ſua omnia tuenda & defendenda potentioribus addicunt, frandandorum publicorum tributorum cauſa, qua ſpecie potentiores vicanorum & ruſticorum bona ſibi vindicabant, vel reliquerant ſuſcepti ſub patrocinii mercede certa, quod multæ conſtitutiones damnant in *tit. de pac. vic. C. Theod. l. ult. ſupr. de ſuſtinend. Novell.* 17. & *Tiberii & divin. domibus.* Mod. 23 Artibus. 24 Vide *l.* 3. *infr. de inſtitori vette. l.* 12. *tit.* 40. 25 Thracia. 26 Oriens diviſus in provincias quinque *d. l.* 2. *Nov.* 24. 27 Et iterum. 28 Al. *vigintiſex*, al. 29. 29 *Kωμήτωσι.* Nemo vicanis patrocinium polliceatur, nec agricolas ad clientelam ſuſcipiat, eo nomine redituum promittione, vel alio lucro recepto. Quod ſi quis hæc transgrediatur, & ſupradictis pœnis ſubjacebit, & aliam præterea majorem præſubit. *Synopſ. ibid. c.* 2. 30 Literi tributarii & tributariæ matris conditionem ſequuntur, ſunt in ejus dominio, qui matrem ipſam habet in poteſtate. 31 *liberi, ſervi & ancillæ diverſorum dominorum ceduni materno dominio.*

32 Ut. 33 De ruſticorum privilegiis vide Chopinum. 34 Exemplum literarum Diocletiani & Maximiani AA. ad Carſium. 35 *l. unic. ſ. de capitatione. h. l. tit.* 48. 36 Id eſt, *extra territoria.* Cortius. Goth. Hinc conſtitutionem intelligere arbitratur Cujac. Conſtantinum *in l.* 2. *Cod. Theod. de cenſ. ſive adſcr.* dum Diocletianum dicit plebem urbanam capitatione immunem reddidiſſe. nihil enim aliud ea verba *extra muros* ibi volunt, quam urbanos quidem capitationem non præſtare; exterum de ruſticanis hoc hic conſtituitur, ne ad ulla alia onera devocentur, ut *l. ſupr. de agr. cenſ.* veluti ad profecutionem equorum aut mularum fiſcalium, de quibus *l. ult. ſ. de diſcuſſ.* Mod. 37 Capitationem præſtant ruſticanæ plebes, ſeu coloni, *ut hic*, exceptis Thracenſibus, & Illyricianis, *l.* 1. §. *de colonis Thracenſibus. h. l. tit.* 51. & Eccleſiæ Theſſalonicenſis. *l.* 12. *ſupr. de annonis & tributis. l.* 10. *tit.* 16. Plebs urbana non præſtat. *l.* 1. §. *de capitatione civium conſilium extremada. h. l. tit.* 48. ſed nec metrocomiæ. *l. ult. ſ. de exact. tribut. l.* 10. *tit.* 19. 38 Nullum. 39 Rationabili. 40 Cogantur. 41 *Nic in manuſcr.* 42 *Cod. Theod. l.* 11. *l.* 43 Multa hic ſunt deraſta e *Cod. Theod.* 44 Subtilis. 45 *Ultimo ſubjugat exilio*, in *Cod. Theod.* ſed pœna immutata eſt a compoſitoribus. 46 Operas.

47 *Metrocomia* id inter vicos eſt, quod Metropolis inter urbes. Metropolis mater eſt urbium & provinciæ, Solino, Plinio, aliisque: ſimiliter metrocomia vero mater eſt & parens vicorum: Ut urbes a capitatione immunes, ita & metrocomiæ, non etiam reliqui vici, *l. ſupradit. ſ. de exact. tribut. l.* 10. *tit.* 19. *l. ſupr. ne ruſticani ad ullum obſeq. h. l. tit.* 54. 48 Si voluerit habitator metrocomiæ ζ' ἀφοσιώσητε vel μετρεκωμήτης rem quandam alienare, nulli eam extraneo vendat, ſed civibus vici habitatori: Nam quicquid alio quin agetur, irritum erit; nec quidquam conſequetur emptor, niſi quod præſtita recipiet. *Synopſ. Baſil.* 55. *in fin.* περὶ πρωτοκώμων τῶν πατριαρχικῶν παρὰ μετροκωμήτῃ: id eſt, de præſidente in civibus ita, qua ab habitatore metrocomiæ vendantur. 49 *Pars l. ult. ſupr. de exact. tribut. l.* 10. *tit.* 19. 50 *l.* 8. *ſupr. de exact. tribut.* Certum interpretes quidam ad hunc locum referunt queſtionem peregrinitatis, quæ Gallis Jus Albinregii dicitur, de quo vide *l.* 11. *ſupr. de epiſc. & clericis.* Propone §. *Arreſtorum 2. & 3. Not. 6. ch. des lettres de Naturalité* dixi ad Auth. *omnes peregrini. ſupr. Communia de ſucceſſionibus.* Goth. Pugnare videtur hæc lex cum *l. dudum. ſupr. de contrahend. empt.* ſed *l. dudum.* de propinquis & ſocis loquitur, ne præferantur extraneis emptoribus, hoc de convicanis; propter quam putat Cujacius ad *l. dudum.* hæc verba Tribonianum adjeciſſe: *Niſi ſint ſpeculatiſſet, &c.* quæ non ſunt in C. Theod. *Mod.* 51 Attributos.

52 *Adſcr.* vicanis, *ſi ſunt μετροκωμῆται*, de quib. vid. hic Cujac. 53 Jus *πρωτοκώμου* datur comitanis, *ut hic*, non tamen ſociis. *l. dudum.* 14. §. *de contrab. empt.* 54 Eidem. 55 Hoc verbo non continetur teſtamentum: ergo poterit vicanus extraneum heredem inſtituere: Quin & Nov. Romani, non teſtamenti modo fed & dotis, donationis propter nuptias, donationis directæ, donationis cauſa mortis, permutationis, transactionis non ſimulatæ excipitur cauſa; niſi ſi ex his cauſis bona ita tenuiores transferant in potentiores non vicanos, quibus tamen præſcriptio decennii dicitur & extraneis quibuslibet non denegatur. *Mod.* 56 Emens vicani prædium, non vicaneus, pretium recipierat, *ut hic*, non idem eſt in eo, qui cenſitum absque terra. *l.* 7. §. *de agricolis & cenſitis, & l. h. tit.* 47. vel qui dominicum prædium dempto canone comparat. hi enim pretium amittunt. *l. ult. J. de fundis res privatæ. h. lib. tit.* 65.

TIT. LVI.
UT NULLUS EX VICANEIS [1] PRO [2] ALIENIS VICANEORUM DEBITIS TENEATUR.

1. Imp. ZENO A.

GRave eſt [3] non ſolum legibus, verumetiam æquitati naturali contrarium quo alienis debitis alios moleſtari [4]. Idcirco hujusmodi iniquitates circa omnes vicaneos perpetrari modis omnibus prohibemus.

TIT. LVII.
DE CENSIBUS [5] ET CENSITORIBUS ET PERÆQUATORIBUS, ET INSPECTORIBUS.

De colluſione & fraude tabulariorum.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Populum [6].

QUoniam tabularii [7] civitatum per colluſionem potentiorum farcinam [8] ad [9] inferiores transferunt: jubemus, ut quisquis ſe gravatum probaverit, ſuam tantum priſtinam [10] profeſſionem agnoſcat. Dat. 15. Kal. Februar. *Romæ*, CONSTANTINO A. II. & LICINIO CONSS. 313.

De paupertate ſimulata ſucciſis vitibus, vel arboribus.

2. Imppp. GRATIANUS, VALENTIN. & THEOD. AAA. Eutropio P. P. [11].

QUisquis [12] vitem ſuccideric [13], aut feracium ramorum fœtus vetaverit [14], quo declinet fidem cenſuum, & mentiatur callidæ paupertatis ingenium, mox detectus, competenti indignationi ſubjiciatur [15]: illo videlicet evitante [16] calumniam, qui forte detegitur laborâſſe pro copia, ac [pro 17] reparandis agrorum fœtibus, non ſterilitatem, aut inopiam procuraſſe. Dat. prid. Non. Jun. *Conſtantinopoli*, EUCHERIO & SYAGRIO CONSS. 381.

De procuratore ſubdulto, colonove fugato.

3. Iidem AAA. Cynegio P. P. [18].

SI peræquatore miſſo aliquis aut procuratorem ſuum retraxerit [19], aut colonum per [20] contumaciam retractionis [21] fugaverit: ad cum cenſuum modum, quem vel eo, vel procuratore illius abſente peræquator apposuerit, noſtræ ſanctionis auctoritate tenebitur. Dat. 6. Kalend. April. *Conſtantinop.* HONOR. N. P. & EUODIO CONSS. 386.

Si defectorum prædiorum relevatio petatur.

4. Imppp. THEODOSIUS, ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P. P. [22].

OMne territorium cenſeatur, quotiens defectorum levamen expoſcitur: ut [23] ſterilia [24], atque crema [25], his, quæ culta, vel opima ſunt, compenſentur. Dat. 3. Non. April. *Conſtantinop.* THEODOSIO A. III. & ABUNDANTIO CONSS. 393.

De iniqua peræquatione.

5. Idem AAA. Rufino P. P. [26].

QUi [27] gravatos ſe eſſe a peræquatoribus [28] conqueruntur, & injuſto [29] oneri impares eſſe proclamant, competitionis habeant facultatem [30]: ut quid remiſſum gratia, quidve interceptum fuerit fraude, convincant, & ex eo levamen accipiant, quod per deformia, & criminoſa commercia ſibi impoſitum eſſe deplorant, ut aliis demeretur: Quod intra annum [31] poſt codicum oblationem, quo [32] videbitur, de injuſto onere conqueratur, & iniquitatem peræquatoris accuſet, ac præſtitam gratiam habita compenſatione [33] convincat: ut quod ei fuerat ſuperfuſum, ille cognoſcat [34], quem debitæ functioni [35] fraus clandeſtina ſubtraxerat. Emenſo autem eo tempore actio denegabitur: exceptis [36] minoribus, qui fuerint indefenſi: his etiam, qui adfuerint [37] reipublicæ cauſa: qui tamen ex eo tempore, quæ ſunt ſtatuta cuſtodient, ex quo ad agendum habuerint [38] facultatem. Dat. 3. Kalend. Decembr. *Conſtantinop.* DN. THEODOSIO A. III. & ABUNDANTIO V. C. CONSS. 393.

De negligentia vel gratia peræquatorum vel diſcuſſorum.

6. Impp. ARCADIUS & HONORIUS AA. Eufebio P. P. [39].

PEræquatores [40] ac diſcuſſores [41] ſi incurrerint culpam negligentiæ, vel gratiæ, non ſolum bonorum [42] jacturam [43], verumetiam annonarum [44] in quadruplum [45] multam [46] ſubire debebunt: ea vero, quæ in damnum provincialium fuerint acceptiſſe convicti, in quadruplum cogentur exolvere. Dat. 4. Kal. April. *Mediolan.* ARCADIO & HONORIO III. AA. CONSS. 396.

De additione prædiorum deſertorum.

7. Imp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. Sebaſtiano Comiti primi ordinis [47].

APud [48] eum poſſeſſio firma permaneat, cui eam a peræquatore ſemel traditam fuiſſe conſtiterit: reliqua [49] vero temporis anteacti a novo domino fiſcum poſtulare non patimur, ne alterius culpa alter incipiat ſubjacere diſpendio. Si [50] quis vero privatus aut obligatam ſibi poſſeſſionem, quæ deſerta usque [51] nunc permanſit, aut ex alio titulo deberi ſibi jure confirmat: allegationes ſuas ſine mora, vel per ſe, vel per aliam perſonam legibus ordinatam manifeſtare [52] debebit: ita ut ſi æquitatis ratione ſuadente ad petitorem fuerit translata poſſeſſio: is, qui a peræquatore eam ſuſceperit, rei meliorateæ ſuſceptis [53] ſubleverur expenſis. Verum ne ſub ſpecie litis donationes [54] ſemel conſtitutæ turbentur, ſex [55] menſium ſpatium cenſemus debere ſervari: intra quod is, qui putat ſibi rem probabili ratione competere, debitas exerceat [56] actiones. Quod ſi tempus adſcriptum ſilentio fuerit interveniente transactum: nullum [57] penitus repetendi volumus eſſe principium. Quod ſi quis [ex] eo [58] tempore, quo peræquator prædium alicui addicit de ſuo jure, vel per ſe, vel per homines ſuos non crediderit actiandum [59], ſex [60] menſium curriculis evolutis, in perpetuum conquieſcat. Dat. prid. Id. Mart. *Ravennæ*, HONORIO XI. & CONSTANTIO II. CONSS. 417.

TIT. LVIII.
DE OMNI AGRO DESERTO [61] ET QUANDO STERILES FERTILIBUS IMPONUNTUR.

Prædia deſerta decurionibus loci, cui ſubſunt, aſſignari debent, cum immunitate triennii. Bart.

1. Imp. CONSTANT. A. Campenſi.

CUm Divus Aurelianus parens noſter, civitatum ordines pro deſertis poſſeſſionibus juſſerit convenire, & pro his fundis, qui invenire dominos non potuerunt, quos præceperamus earumdem poſſeſſionum triennii immunitate percepta de ſolemnibus ſatisfacere: ſervato hoc tenore præcipimus, ut ſi conſtiterit ad ſuſcipiendas easdem poſſeſſiones ordines minus idoneos eſſe; eorundem agrorum onera [62] poſſeſſionibus & territoriis dividantur accepta [63].

Poſſidens fundos ſteriles & fertiles tributarios, ſi alienat fertiles, & ob hoc efficitur non ſolvendo, tenetur ad tributa ſterilium & ſteriliton emptor.

2. Idem A. [64].

SI quis ab emphyteuticario ſeu patrimoniali poſſeſſore privati juris quippiam comparaverit, cujus ſubſtantia alias poſſeſſiones ſuſtentare conſueverat [65], & ſuccifis quaſi quarundam virium nervis, reliqua labuntur: earum poſſeſſionum onera ſubiturus eſt, quæ penes diſtractorem [66] [inopem [67]] inutiles permanebunt. Dat. 8. Id. Decemb. *Theſſal.* FELICIANO & TIT. CONSS. 337.

Accipientes prædia deſerta cum immunitate triennii, debent cavere idoneo, quod dicta prædita non relinquent cum damno reipublicæ. Bart.

3. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Mamertium P. P.

QUicunque deſerta prædia meruerint ſub certa immunitate [68], ad poſſeſſionem impetratorum non prius ſinantur accedere, quam vel fidejuſſoribus idoneis periculo curialium datis, vel fundis patrimonii [a ſe] poſſeſſionem nullo detrimento publico relinquendam.

Scriptus heres a tributario delitore, etiam onus ſuorum ſterilium agnoſcere cogitur. Bart.

4. Idem AA. & GRAT. A. ad Creſcentium Vic. Afric. [69].

HEredes ſcripti etiam pro [70] minus idoneis fundis fiſcale onus cogantur agnoſcere: vel ſi renunciandum hereditati putent, cedant his omnibus [71] rebus, quas ex iisdem bonis quocunque titulo &

---

1 Vicanis, *al. vicenſibus.* 2 De elucidatione & jure Reprehaiarum adde *l.* 4. *J. de execut. & exact. l.* 12. *tit.* 61. *Novell. tit.* 1. §. 3. *in fin. J. De nexor pro maritis: Antiſt. Hoſtia. ſupr. Ne filius pro patre.* 3 *Hinc pertinet l.* 2. *de exactt. C. Theod. l.* 4. §. *de exactt. trib. l.* 10. *tit.* 19. 4 Fuit olim plenisque locis uſurpatum, ut vicanus ex contractu vel delicto convicani teneretur: & ut ilcoret creditori ob vicani debitum ſtudeni vici homini vel bona prehendere, quoad verus debitor ſatisfeciſſet; quod Zeno tollit hac lege, & Juſtinianus *Nov.* 52. *c.* 1. *Mod.* 5 *L.* 50. *de pact. vid. Molinæum ad Conſuet. tit. de Confeves.* Goth. *Cenſus* deſcriptiones ſunt jugerum & capitum. *Cenſitores* ſive cenſores, qui cenſus agunt. *Perequatores & inſpectores*, qui emendant, prædiis inſpectis & adequatis inviram, ut releventur, quibus *cens. & ſub. ſupr. de ex. & tribut. l.* 12. & 14. *C. Theod. de cenſit. l. ult. C. To. de locat. fun. pur. empli.* Mod. 6 *C. Theod.* 13. 10. 1. 7 Tabulatii civitatum potentioribus facile colludunt & potentiorum onera in eosdem per colluſionem transferunt. 8 *L.* 5. *inſr. h. l.* 9 In Q. ad M. Ciceronem fratrem, Aſiæ Proconſulem ſcribens, illud cum primis in eo laudat, quod effecerit, ut tributa civitatum ab omnibus, qui earum civitatum fines incolunt, tolleranter æquabiliter. 10 Cenſualis profeſſio non tantum teſtibus, ſed ex antiqua fori priore cenſuali poſſeſſione poteſt argui. *l.* 1. *ſupr. de immunitate nemini concedenda. l.* 10. *tit.* 25. & ita intellige *l.* 10. *ff. de probationib.* Nam alias tabulæ cenſuales potiores ſunt teſtibus. *d. l.* 10. 11 *C. Theod.* 13. 11. 1. 12 *Si quis, in C. Theod.* 13 Aliud ſi mortue ſint. *l.* 4. §. 1. *h. t.* 14 *C. Th. hebdaverit*, forte *amputaverit*, al. *vitaverit.* vid. *l.* 4. §. *ſi quis. ſ. de cenſib.* 15 Immutata eſt pœna, quæ in *Cod. Theod.* expreſſa eſt. 16 Vitante. 17 *Abeſt a C. Theod. & dudi. hic.* 18 *C. Theod. h. t.* 1. 19 *l.* 4. §. *ſi quis. l.* 9. *de cenſib.* 20 *Ad*, in *C. Theod.* 21 *Retractationis*, in *C. Th.* 22 *C. Theod. h. t.* 3. 23 Vid. *l.* 4. *J. tit. prox.* 24 *Sterilia* in *C. Th.* al. *ſynadiſtica.* 25 *Jejuna* in *C. Theod.* Erema pradia deſerta, ſterilia, *ut hic & tit. prox.* 26 *C. Th. h. t.* 4. 27 *L.* 1. *in pr. J. h. t.* 28 Perequatores ſunt, qui inſpectis prædiis cenſus æquabili ratione imponunt aut emendant. 29 Injuncto. 30 Actio vel competitio adverſus injuam perequationem datur intra annum poſt completam perequationem, tradicitosque perequationis libros, ex die claſi renunciatique cenſus, ut *tit.* 4. *Cod. Theod. de cenſ. ſive adſc.* Excipiuntur minores indefenſi, & abſentes reipublicæ cauſa: quibus non ex eo die annus computatur; ſed ex quo agendi facultatem habuerint. ad exemplum porro hujus legis vide *l. formam.* §. *final. ff. de cenſib.* Bald. *in tract. de præſcription. quarta parte prædicti, quæſtione* 30. n. 9. Socinum *conſil. 181. columna final. lib.* 3. Beroald. n. 251. Mod. 31 Qui ſe gravatum dicit a cenſitore, vel perequatore, ea de re queri & agere poteſt intra annum, non poſt annum. Euſtathius *lib. de temporib. c. de anno.*

32 *Cui*, in *C. Theod.* 33 Al. *competitione* in *C. Theod.* 34 Agnoſcat. 35 Functionis. 36 *Segneſtratis*, in *C. Theod.* 37 *Abſerunt*, al. *abſerunt.* 38 Habere potuerint. 39 *C. Theod. h. t.* 7. 40 Perequator ἐξεταστὴς, diſcuſſor, λογοθέτης. *Synopſ. Baſil.* 56. *tit. ult. c.* 14. 41 Quidam hic ſunt omiſſa e *C. Theod.* 42 *Horum*, in *C. Theod. & vel. quib. lib.* quod magis probat Cuj. Græcorum 44 *l. ſupr. de diſcuſſoribus. l.* 10. *tit.* 16. *bus. l.* 10. *tit.* 19. 46 *Mulcte*, in *C. Theod.* 45 Imo in duplum. *l.* 7. §. *de exactori-* omiſſum eſt initium. 47 *C. Theod. h. t. Lyco.* cujus hic 48 Αὐτοδέσποτα Græcis dicuntur. *Syn. tibid.* Qui a fiſco auctionante rem comparat, pretium tantum præſtat, non reliqua, *ut hic, & l.* 6. *in fin. ſupr. de fide & jure baſilic. ſiſcalic. l.* 2. *J. de fundis res privatæ. h. l. tit.* 65. Olim jus id non erat. *l. pradicit.* 36. *ff. de jure fiſci.* Vefa ab Imperatoribus Valentiniano & Valente id remiſſum. *l. C. Theod. de diſcuſſ. exactorib. ut §. fine cenſu.* In privatis auctionibus emptor reliqua etiam præſtat. *l. Imperatores.* 7. *ff. de publicis.* ſibi evincit, expenſas meliorationis ſolvere debet & intra ſex menſes actionem ſibi competentem inſtituere. *Synopſ. ibid. adde l.* 11. *in fin. J. de evanc agro deſerto. h. l. tit.* 58. 51 *Hocuerque*, in *C. Theod.* 52 *Apud fiſcalitatem tuam publicare*, in *C. Theod.* 53 *Receptis*, in *C. Theod.* 54 *Dominationes*, in *voter. lib. manuſc.* ed eſt, *dominia*, in *C. Theod.* 55 *Duorum*, in *C. Theod.* dixi ad *l. incertum.* 11. *J. de evanc agro deſerto. l.* 111. 58. 56 *Exerat*, in *C. Theod.* 57 De exceptione lits finite, vid. Robert. *tract. de exceptionib. n.* 600. & 606. 58 *Abeſt a C. Theod. & quibusd. manuſcr.* 59 Actionari. 60 *Duorum*, in *C. Theod.*

61 Non idem eſt defertum & deſolatum: deſeſitum enim occupantis fit, deſertum non item. *l. h. loc tit.* ubicapitur tamen bipanio. defertum autem eſt, quod inexhaurito fiſualitum eſt. *Mod.* 62 Vid. *l.* 6. *in fin. J. h. t.* 63 Hoc verbum, *Accepta*, eſt ex fubſcriptione, ad Data. Goth. Vid. Jacob. Borrit. *de evac. redditi. lib.* 7. *c.* 1. & Alcior. *h. l. Ant.* 64 *C Theod.* 11. 1. 4. 65 Vid. *l.* 5. *J. h. t.* 66 Defertorem 67 *Abeſt a C. Th.* 68 Jubet ut ii quibus deſerta prædia addicuntur ſub certa immunitate veluti triennii, *l.* 12 *hoc tit.* vel biennii, *l.* 7. *hoc tit. l.* 12. *C. Theod. de cenſ.* fidejuſſoribus. cavent ſe ea damno publico minime deſcturos. *l.* 6. *hoc tit. l.* 7. *l.* 5. *de fund. pat. Mod.* 69 *C. Theod.* 11. 1. 17. *ubi ſcribar. Creſcentino.* 70 *l.* 2. §. 8. *manual. h. l. tit

jure perceperint. Dat. 4. Id. Jul. *Contionaci*, GRAT. A. II. & PROBO CONSS. 377.

Possidens prædia sterilia & fertilia, non potest renunciare sterilibus & fertilia retinere. Bart.

5. [1] Impp. VALENTIN. & THEODOSIUS AA.

QUi utilia [2] Reipubl. loca possident, permixtione facta etiam deserta [3] suscipiant: ut si earum partium graventur accessu, quas antea per fastidium reliquerunt, cedant aliis curialibus, qui utraque hac conditione retineant, ut præstatione salva cum desertis & culta possideant, sublata [4] a paucis, quos iniquum est electa retinere: cum municipes gravatura sit pars relicta.

Prædium sterile desertum injungi debet possidenti fundum fertilem dominicum, vel templorum. Bart.

6. Impp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Nebridio Comiti R. P. [5].

QUisquis [6] conductor fuerit inventus possessor fundi [sterilis 7.] qui ex publico, vel templorum jure descendit, huic ager jungatur inutilior [8]. Quod si contra id reluctandum existimaverit, alius possessor sub eadem præstatione queratur: vel si voluntarius, qui [9] sit conductor, non inveniatur, tunc [10] ad possessores antiquos, id est, decuriones, vel quoslibet alios loca juris prædicti adjunctis inutilibus revertantur: idoneis fidejussoribus præstitis [11]. Dat. 15. Kalend. Februar. CP. MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

7. Idem AAA. [12].

QUicunque desertum [13] fundum patrimonialem exercuerit, & fertilem idoneumque præstiterit: salvo patrimoniali canone [14], perpetuo ac privato jure defendat [15], & velut domesticum, & avita successione quæsitum sibi habeat, suisque relinquat, neque eum aut promulgatione rescripti, aut reverentia sacræ adnotationis quisquam a fructu impensi operis excludat. Cæterum eos, qui opimas [16] ac fertiles possident terras, aut etiam nunc sibi existimant eligendas, pro [17] deserta [18] scilicet portione summam debiti præsentis jubemus implere. † Illos etiam, qui emphyteuticario nomine, nec ad plenum idoneas, nec omnibus modis vacuas detinent, si ex illis quoque, quæ [19] præfidio indigent, justam ac debitam quantitatem deberé suscipere, ut indulto temporis spatio, post biennium [20] decretum canonem solvendum esse meminerint. Nemo tamen qualibet meriti & potestatis objectione submoveatur, quominus ad diacatochiæ [21] vicem defectas possessiones patrimonialis juris accipiat, earum tributa & canonem soluturus: illud speciali obfervatione procuraus, ut primo vicinas, & in eodem territorio fortiatur: dehinc si neque finitimas neque in eisdem locis repererit constitutas, tunc demum etiam longius politas: sed in quantum fieri valet, pro interjecto spatio sibimet cohærentes, pro modo & æquitate suscipiat, ut id consensu [22] omnium fiat, quod omnibus profuturum est.

Agrum sterilem, & tributarium, & desertum quilibet auctoritate propria potest invadere: sive invadens sit vicinus, sive non.

8. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Tatiano P. P.

QUi [23] agros domino [24] cessante desertos, vel longe positos vel in finitimis, ad privatum pariter publicumque compendium excolere festinat, voluntati suæ nostrum noverit adesse responsum: ita tamen, ut si vacanti ac destituto solo novus cultor insederit, ac vetus dominus intra biennium [25] eadem ad suum jus voluerit revocare, restitutis primitus quæ expensa constiterit, facultatem loci proprii consequatur. Nam si biennii fuerit tempus emensum, omnis possessionis, & dominii carebit jure, qui siluit.

Fundos patrimoniales principis ille dicitur possidere jure privato, qui ipsos steriles accepit, & sua cultura fecit fertiles. Bart.

9. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. Ruffino P. P.

QUi fundos patrimoniales jure privato canone salvo susceperint: hanc omnes fine ullius exceptione personæ propositam [tibi [26]] intelligant optionem, ut aut ea loca [27], quibus minor est foecunditas, cum his ex quibus fructus uberes capiunt, suscipere, & tenere non abnuant [28]: aut si eorum refugiunt sterilitatem, optimoribus cedant. Dat. 8. Id. Novembr. *Tyro*, ARCADIO III. & HONORIO II. AA. CONSS. 394.

Si fiscus alicui susceperit, qui fundos steriles & fertiles possidebat, & aliquis per potentiam fertiles occupavit, cogitur steriles ex eadem substantia pro portione acceptare. Bart.

10. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano P. P.

QUi [29] per potentiam [30] fundos opimos ac fertiles [31] occuparunt: cum quæstuosis [32] uberibusque pro rata portione suscipiant infœcundos ex eadem [33] substantia. Dat. Non. Mart. CP. HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

11. Idem AA. Hadriano P. P.

LOcorum domini intra sex [34] menses edictis vocati, revertantur: qui si adfuerint, & propria teneant, & ea, quæ ex præterito contraxerint debita, redhibere cogantur. Sin vero se impares esse earum rerum tributis propria confitentur absentia, nec adesse voluerint: penes [35] eos, qui [36] hæc fusceperint, & certum quem tributorum canonem promittunt, proprietas possessionis intemerata permaneat: ut postquam ea [37] exolverint, sciant sibi inquietudinem submovendam, nec subreptione cujusquam competitionis [38] loca, quæ tenuerunt, auferenda: quibus etiam illud [39] indulsimus: ut [40] ex eo tempore, ex quo primum loca, de quibus agitur, cœperint possidere, tributa poscantur [41]. Dat. 6. Kalend. Septembr. STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

Ad tributa prædii sterilis nullus possidens fertilia cogitur, nisi postquam adsecutus fuerit. Bart.

12. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Seleuco P. P. [42].

HAc definitione sancimus, nullum possessorem neque municipum prædium pro [43] alienis debitis, vel destitutionibus [44] esse retinendum [45], neque eorum prædiorum despectione [46] prægravari, quæ ex iisdem bonis, quæ retinentur [47], nequaquam esse monstrantur [48]: ne [49] ullis præstigiis atque commentis exactio mutiletur. Dat. Prid. Kal. Februar. *Ravennæ*, HONOR. VIII. THEOD. V. AA. CONSS. 412.

Domini prædiorum debent requiri, ut solvant debita contracta; & ipsis cessantibus, adsignantur volentibus solvere. Bart.

13. Idem AA. ad Probum.

OMnium prædiorum actores ac domini requirantur: quorum si vitio probantur debita fuisse contracta, in absoluto est, ut [50] debeat dominium commutari. Datum 3. Id. Jun. CP. CONSTANTE & CONSTANTIO CONSS. 414.

14. Idem AA. Aureliano P. P.

RUra [51], & possessiones, quas curiales quolibet pacto publicatis apud acta provincialia defideriis suis, vel reliquerunt [52], vel possidere alios permiserunt: penes eos, qui eas excoluerunt, & functiones publicas recognoscunt, firmiter perdurabunt, nullam [53] habentibus curialibus copiam repetendi. Dat. 7. Non. Decemb. HONORIO X. & THEODOS. VI. AA. CONSS. 415.

15. Idem AA. Sebasto [54] Com. primi ordinis.

SI quis deserta prædia, quæ navalem sustinent functionem, & in defertis nunc usque remanent, superæquationis jure perceperit: meliore conditione in omnibus titulis convenit ea relevari, ut gravis fors navis [55] esse non possit, pro ea, quæ refederit portiuncula: cum aliis fuerit dispendiis liberata. Dat. prid. Id. Mart. *Raven.* HONOR. A. XI. & CONSTANTIO II. CONSS. 417.

16. Idem AA. Hermocrati P. P. [56].

SI quis auctoritate nostri nominis [57] de fundis patrimonialibus [58] sterilesque sub certi canonis pollicitatione susceperit, firmiter eum volumus possidere: sub [59] ejusdem tamen canonis solutione, quem nostræ Majestatis auctoritas per annos singulos solvendum esse præscripsit, nullamque eos descriptionem, sive adjectionem [60], aut innovationem in posterum sustinere: quoniam nimis absurdum est, eos, qui nobis hortantibus fundos inopes, atque egenos [61], magno labore [62] impensio, aut exhausto patrimonio vix forte meliorare potuerunt, utpote deceptos inopinatum onus suscipere: illudque velut quadam circumventione depositi, quod si se daturos præscissent, fundos minime suscipere, aut etiam colere paterentur. Dat. 12. Kal. CP. THEOD. A. XVIII. & ALBINO CONSS. 444.

17. Imp. THEOD. A.

JUbemus [63] neminem [64] curialem pro [65] alieni territorii debitis [66] detineri [67], sed tantum municipem pro gleba propria conveniri. Dat. 5. Kal. Maji, *Ravenn.* post Conf. FELICIS, & TAURI VV. CC. 429.

1 *Al.* Impp. Valens & Gratianus AA. ad Anthemium P. P. 2 Εὐβαλῆ χωρία. Qui fertilia loca possident, etiam ἄγονα, sterilia suscipere debent. Quod si nolint, celere debent fertilibus, ut & omnia municipes habeant. *Synopf. Basil.* 16. *ex tit.* 14. *c.* 12. 3 *l.* 3. *h. t.* 4 Sublatis. 5 *Sic legitur in C. Theod.* 10. 3. 4. *unde hæc lex* 3 *l.* 3. *h. t.* 6 *Ut quisque, al. Ut quisquis, al. Ut quidquid.* 7 *Adeft a C. Theod. & quib. lib.* 8 *l.* 4. 9 *Quis conductor, in C. Theod.* 10 *l.* 1. *in fin.* 3. *h. t.* 11 *Prabiti, in Cod. Theod.* 12 In quibusd. additur, & Arcadius A. Cynegio P. P. 13 Defectum. 14 *l.* 5. *h. t. de fundis patrimonialib. h. l. tit.* 61. 15 Defendantur. 16 *Optimas, al.* opportunas. 17 *l.* 4. 3. *h. t.* 18 Defectu. 19 Al. *qui.* 20 Deserta, defecta five ἄγονα prædia qui fuscipiunt, nonnisi post biennium, folemnem canonem fisco inferunt. Eutathius *lib. de temporib. cap. de biennio.* 21 Vide Alciatum, qui legit hic *diacathartice*, fed Cujacius magis probat exsuflam lectionem & *diacatochicam* interpretatur pollicitionem, ex qua fisco canon debetur: ut, ad diacatochiæ vicem, fumiliter, poffeffionis titulo & lucro. 22 Pars major collegii & univerfitatis quod facit, omnes fuere & comprobare tenentur, *arg. hujus legis, l.* 160. 3. 1. *ff. de reg. jur. l. quod major.* 23 *ff. ad municip. cap.* 1. *x. de his, que funt a majori parte.* quam fententiam limitat, feu reftringit Corfetus *fingulare univerfitas*, fi de reformatione, ut ipfe loquitur, officialis agetur: fi de revocanda libertate, vel retrahendo in fervitutem aliquo: fi pars major ftatuere volet adverfus ea, quæ ab omnibus antea ftatuta fint. Item fi contra jus ftatuerent, aude *Innocentium xx. c. Inunctis.* 17. *de majoritate & c. cum omnes. & X. de confirb.* Poftremo fi pars major extra collegium id fecerit. *c. in cauffa.* 30. *de lect.* Bald. in *l. Per fundum.* 11. *ff. de fervit. ruftic.* 23 Agrum fterilem & tributarium, & deterrum quilibet auctoritate propria poteft invadere, quod ufi facit, non incidit in *l. cum quærebatur.* 11. 3. *unde vi.* 24 *l.* 14. *in pr.* 3. *h. t.* 25 Deferta prædia qui occupant, ea dominus ab eis repetere poteft intra biennium redditis meliorationibus, *ut hic.* Eutathius *lib. de temporib. c. de triennio.* vid. quæ notavi ad *l.* 1. 5. 10. *ff. de adq. poffeff.* Neque obftat *lex* 11. 3. *h. t.* loquitur de eo, cui prædia adjuta fint a peræquatore, non de eo, qui deferta occupavit. *Goth.* Vid. Gloff. in *l. final.* 3. *de cenfib. h. l. tit.* 57. *l. fin.* 3. *de jure Emphab. h. l. tit.* 29. Rodr. in Pand. *lib.* 3. *tit.* 21. *c.* 8. Et nota, Impenfas in aliquam rem factas ante omnia effe reftituendas: qua de re vid. Kinfchot. *Refponf.* 105. Ant. 26 Al. *deeft.* 27 Vid. *l.* 4. 3. *h. t. numerat*, al. *dinumerent.* 29 *C. Th.* 13. 11. 5. 30 *Impotentiam, in C. Theod.* 31 *l.* 4. 8. *h. t.* 32 Vid. *l.* 12. 3. *h. t.* 33 Multa funt hic immutata ex *C. Th.* unde hujusmodi fubfcriptio addenda eft: Dat. Non. Mart. *Conftantinopol.* Honor. A. 4. & Eutychiano Conff. 34 Defertum agrum qui a perequatore accepit, firmo jure enm tenet, neque ullis prioris poffefforis folvit. Quod fi fupervenerit, qui agrum vindicet dominii, aut hypothecæ jure, & evictionationis fumpus ab eo confequitur, fi modo is veniat intra fex menfes poft additionem agri. Poft fex menfes vententi obftat præfcriptio, *ut hic. & l. ult. in fin.* 3. *de cenfib. & confiterib. tit. prox.* adde quæ fcripfi ad *l.* 8. *fupr. h. l. l.* 7. 3. *de cenfib.* Eutathius *lib. de temporib. c. de fex menfib.* 35 Penes illi dem hos. 36 *l.* 13. 3. *h. t.* 37 Ea excoluerint. 38 Competitoris. 39 Vid. *l.* 36. *ff. de jure fifci.* 40 *l.* 7. *fupr. de cenfib. & cenfiorib. l.* 2. *in fin. infr. de fundis rei privatæ. h. l. tit.* 65. Novell. 128. *c.* 14. 41 Præfentur. 42 *L. Th.* 11. 31. 43 Clarigationes & reprefaliæ vetitæ. *l.* 10. 3. *h. t. l. ult.* 3. *h. t. l.* 4. 3. *de agricol. & cenfitis. h. l. tit.* 47. Nov. 7. 52. 128. *c.* 14. *l. un.* 3. *ut nullar ex circonscr. h. l. tit.* 56. *l.* 4. 3. *de executoribus & exactorib. l.* 12. *tit.* 61. adde Papon. 3. *Not. tit. des lettres de marque, & c. Arrefior.* 3. Gaylium *tract. de pign.* 44 *Deftitutione, in C. Th.* 45 *Detinendam, in C. Th.* 46 *Depectione, al. adfectione, in C. Th. al. defunctione,* in *lib. Aured. legitur, defunctione.* 47 *Retinent, in C. Th.* 48 Monftratur. 49 Nec. 50 *l.* 11. 3. *h. t. l.* 10. 3. *de annonis & tributis. l.* 10. *tit.* 16. *l.* 2. *in fin. l.* 7. *in fin. l.* 8. 3. *de exactor. trib. l.* 10. *tit.* 19. *l.* 8. *in fin.* 3. *de fundis rei privatæ. h. l. tit.* 65. 51 Al. *Jura*, fed male. 52 Vid. *l.* 8. *in pr.* 3. *h. t.* 53 *Al.* additur, *penitus.* 54 Al. *Sebaftiano.* 55 Navalis. 56 Al. *Hermogeni.* 57 Numinis. 58 *l.* 3. *verfic. fimiliter.* 3. *de adminiftrat. l.* 2. *in fin. de fundis rei privatæ. h. l. tit.* 65. 59 Ita ut non relevetur fundus. *l. un.* 3. *de cod. donatorum. l.* 10. *tit.* 28. 60 Vid. quæ fcripfi ad infcriptionem *tit. de in litem additione.* 61 Novelli integra habet *pejoues*, & ita legitur in quib. *lib. hic* les fuperiorem præcedit: & ea eft illius infcriptio: Imp. THEODOS. & VALENT. AA. Celeri Proc. Afric. 63 *C. Th.* 12. 1. 186. 64 Μηδεὶς τῶν κτητόρων ὑπὲρ ἄλ- λου. Nullus curialium pro gleba in alieno territorio ftia aeftimetur. *Synopf. Bafil. tit.* 14. *cap.* 16. 65 Clarigationes prohibitæ, *ut hic. l.* 12. 3. *h. t. l.* 43. 3. *de executoribus. l.* 12. 3. *h. t.* 61. *Nov.* 128. *cap.* 14. 66 Territorium & glebam dicit pro eodem, ut *l.* 11. 3. *de oper. publ. l.* 3. 3. *de nat. lib. l. nullo.* 3. *de epifcop. & cler.* municipum quoque & curialem pro eodem, ut *l.* 5. 3. *hoc titul. l.* 1. 3. *de fug. cenf. l.* 41. *C. To. de oper. publ.* Curialis igitur gleba propriæ, non alienæ nomine tenetur. *l.* 12. *fupr. Mod.* 67 *Attineri.*

TIT.

TIT. LIX.

DE [1] FUNDIS LIMITROPHIS [2], ET TERRIS, ET PALUDIBUS, ET PASCUIS, ET LIMITANEIS [3], VEL CASTELLORUM [4].

Rescripta in contrarium impetrata nullius sint momenti.

1. Imppp. VALENT. VALENS, & GRATIAN. AAA. ad Licinium [5] P. P.

TIberianus [6] ad possibilitatem singulorum quorumque locorum intuens statuit certas possessiones, quæ ad limitem [7] frumenta conveherent. Quocirca generali lege sancimus, Tiberiani dispositionem oportere observari: amoventes quidquid vel potentia cujuscunque [8] elicuit [9], vel furtiva [10] deprecatio: addentesque nihilominus in futturum nulli licere [11] adversus utilem vetustatem, & præsentem legem nostram importuna, & respuenda repofcere [12]. Dat. 18. Kal. Octob. *Aquileiæ*, ARCAD. A. & BAUTONE CONSS. 387.

2. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Asclepiodoto P. P. & conf. ordinario.

QUicunque castellorum [13] loca quocunque titulo possident, cedant [14] ac deferant: quia his [15] tantum fas est possidere [16] castellorum territoria, quibus adscripta sunt, & de quibus judicavit antiquitas: quod si ulterius, vel privatæ conditionis quispiam in his locis, vel non castellanus miles fuerit detentator inventus, capitali sententia cum publicatione bonorum plectetur. Dat. 5. Non. Mart. CP. ASCLEPIODOTO, & MARINIANO CONSS. 423.

Agri limitanei donec per milites possidentur, sunt a tributis immunes. Bart.

3. Impp. THEOD. & VALENT. Augusti Nomo Magistro officiorum.

AGros limitaneos universos cum paludibus omnique jure, (quos [17] ex prisca dispositione limitanei [18] milites ab omni munere vacuos ipsi curare pro suo compendio, atque arare consueverant:) & si in præsenti [19] coluntur, ab his firmiter, ac fine ullo concussionis gravamine detineri: & si ab aliis possidentur (cujuslibet [20] spatii temporis præscriptione cessante) ab universis detentatoribus vindicandos [21], iisdem militibus sine ullo prorsus (sicut antiquitus statutum est) collationis onere volumus adsignari: in his etiam contra eos, qui præceptionibus nostris obviam venire tentaverint, proscriptionis [22] pœna valitura: Nam si quis forte (quod minime audere debuerat) emptionis titulo, memorati juris possidet prædia: competens ei actio contra venditorem intacta servabitur [23]. Dat. Prid. Id. Septemb. *Constantino*, MAXIMO II. & PATERIO [24] CONSS.

TIT. LX.

DE [25] PASCUIS [26] PUBLICIS ET PRIVATIS.

Antiqua pensio pro pascuis saltuum antiquitus constituta, inconsulto Principe augeri non debet.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. [27] P. P.

CUm [28] nulla ratio sit, cur in pascuis saltibus rei privatæ pensio debeat ampliari, nequaquam pro libidine ordinum augmenta facienda sunt. Etenim idcirco graviorem pensionem imponi ab ordinibus accepimus, ut animalia ex rebus privatis nostris a locorum pastibus arceantur: quod fieri non oportere divæ memoriæ Julianus prorogata justione constituit. Quare excellens auctoritas tua conventis provinciarum rectoribus non eam licitationis necessitatem patiatur inferri, quam repentinam faciunt civitates, sed eam manere decernet quam statuit antiquitas. Dat. 8. Kal. Octob. *Lucerta*, VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

2. Impp. ARCADIUS & HONORIUS AA. ad Simplicium Magist. mil. [29].

INsignis [30] auctoritas tua hac [31] conditione a publicis [32] pratis [ac amœnis [33]] pascuis animalia militum prohiberi præcipiat, ut [34] universi cognoscant, de emolumentis eorum, tuique officii facultatibus, duodecim libras auri fisci commodis exhibendas, si quisquam posthac memorata prata [35] mutilare tentaverit: non minore decernenda pœna, si etiam prata privatorum [36] Antiochenorum fuerint devastata: ita tamen, ut sine læsione provincialium provideant curiales quo pacto animalium militarium pastui [37] confulatur. Dat. 5. Id. Mart. CP. HONORIO A. IV. & EUTYCH. V. C. CONSS. 398.

Prata provincialium non debent fatigari molestia militum principis. Bart.

3. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. Comitibus & Magistris militum.

PRata [38] Provincialium nostrorum, & præcipue rei privatæ nostræ perniciosum [vel periculosum [39]] est militum molestia fatigari: idcoque lege ad amplissimam [40] præfecturam promulgata, censemus, ne hoc deinceps usurpetur: super qua re universos quorum interest, convenire tua magnificentia non moretur: neque permittat [41] possessores, vel colonos pratorum gratia qualibet importunitate vexari. Dat. Non. Septemb. HONORIO X. & THEOD. VI. AA. CONSS. 415.

TIT. LXI.

DE FUNDIS PATRIMONIALIBUS [42], ET SALTUENSIBUS [43], ET EMPHYTEUTICIS, ET EORUM CONDUCTORIBUS.

De donatione.

1. Imp. CONSTANTINUS A. Cypito.

SI quis fundos emphyteutici [44] juris salva lege fisci [45] citra judicis auctoritatem donaverit, donationes firmæ [46] sint, dummodo suis quibusque temporibus ea, quæ fisco pensitanda sunt, repræsentare cogatur. PP. 17. Kalend. Jul. *Treveri.* CONSTANTINO A. IV. & LICINIO III. CONSS. 315.

De pensitatione omissa a minore XXV. *annis.*

2. Idem A. ad Dracontium.

PAtrimonialis fundi pensitationem, seu aurariam, seu frumentariam intra tempus omissam, minorum dominio non nocere præcipimus, nec ad fraudem juris eorum accedere [47], si quod folemniter debetur, paulo serius inferatur: ita tamen, ut permanente substantia parvulorum [48], judex tutorem, vel curatorem, per quem differtur illatio, negligentiæ suæ & deserti officii pœnas exigat, & damna deplorare compellat.

Quibus ex causis fundus ab emphyteuticariis relinqui, vel eis auferri non potest.

3. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Germanianum Com. S. I.

QUicunque [49] possessiones ex emphyteutico jure suscenerit, ea ad refundendum [50] uti occasione non possunt, qua asserant defertas esse cœpisse, tametsi rescripta per obreptionem meruerint: sed nec avelli eas ab his posse, nec si licitatio [51] ab alio [52] fuerit promissa [53], sed eas in perpetuum apud eos, qui eas suscenerint, & eorum posteritatem remanere, nec si super hoc rescriptum fuerit adversus eos impetratum. Dat. 8. Kal. Octob. *Mediolan.* VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

De his, qui poscunt fundos ad domum principis devolutos.

4. Imppp. VALENS, GRATIANUS, & VALENT. AAA. ad Florentium [54].

FUndi [55] patrimoniales, & qui ex emphyteutico jure ad domum nostram diversis generibus devoluti sunt, sic eis, qui eos poposcerint, cedunt [56], ut commissi metus esse non possit. Neque enim magis commodamus nostra, quam tradimus ea jure dominii: ita [57] tamen, ut ea, quæ in nostra possessione positi præstiterint, & in posterum solvant. Dat. Id. Mart. *Treveris*, VALENTINIANO II. & VALENT. II. AA. CONSS. 368.

De his, qui a peræquatore, vel censitore desertum agrum patrimonialem suscipiunt.

5. [58] Impp. GRATIAN. & VALENT. AA.

SI, qui a prioribus colonis, vel emphyteuticariis destitutum patrimonialem fundum a peræquatore, vel censitore suscenerint, perpetuo [59] eundem atque inconcusso jure possideant, nec quisquam fecundus petitor accedat. Dat. 4. Non. Novembr. GRATIANO A. IV. & MEROBAUDE CONSS. 377.

De donatione.

6. Imppp. GRATIAN. VALENTIN. & THEOD. AAA. Nebridio Com. R. P.

HI [60], quibus patrimoniales possessiones per Asianam [60] & Ponticam diœcesim, vel a nobis, vel a divis [61] parentibus nostris sacra largitate donatæ [62] sunt, inconcusse possideant, atque ad suos posteros [63] transmittant: quod quidem non solum in heredibus, sed etiam

1 *Ecl. lib.* 55. *tit.* 6. 2 *Limitrophis*, Cujac. Limitotrophi fundi dicuntur, quod inde milites limitanei aluntur, non quod ad limites limitaneos pertineant, ut *l.* 13. *J. de fundis patrim. h. l. tit.* 61. Græci ita legunt: περὶ ἀγρῶν λαμπτικῶν, καὶ λιμιτροφίων, καὶ ἐμβολιτικῶν, *de agris limitaneis & limitrophis & emphyteuticariis. Sym. Basil.* 55. *tit.* 6. *l.* 3. *infr. h. t.* 3 Fundi limitanei, qui ad milites limitaneos pertinent. 4 Castellorum fundi ad milites castellanos pertinent. *l.* 2. *infr. h. t.* 5 Al. *ad Latinum, in meo manuscript.* Cont. 6 De fundis limitotrophis dispositionem Tiberiani P. Prætorio confirmat. 7 In fcripta, *ad limitum frumenta conveniret.* 8 Usiuscujusque. 9 Reliquit. 10 Id eft, obreptio. De obreptionis exceptione, & subreptionis adde Oldendorpium *c.* 14. *de except.* 11 Nocere. 12 Deposcere. 13 Caftellani milites agros caftellis deputatos foli poffidere debent, non privati aut alii milites. 14 Reddant. 15 Ab his. 16 Poffideri. 17 Limitanei agri, quos limitanei milites ex prifca difpofitione ab omni munere vacuos ipfi curabant, & arabant pro fuo compendio. Ex prifca, inquam, difpofitione, feu uti attribuit illis fint ἀφορισθὲν ἐξ ἀρχῆς. *Synopfis* 55. *tit.* 6. *cap.* 2. 18 Limitanei milites, οἵτινες καλοῦνται φυλάττειν, qui dicuntur cuftodiunt. *Synopf.* 55. *tit.* 6. *cap.* 2. id eft, præcuntur munis. 19 Præfentia. 20 *l.* 8. 3. *de fundis patrimon. h. l. tit.* 61. 21 Vindicatos. 22 Eadem pœnarum acerbitate, quæ adversus decuriam avidifatem prolata eft, valitura, in *Nov. Theod.* 23 Hanc fubfcriptionem. 24 Al. *Paterno.* 25 Παρὶ νόμων τῶν βοσκῶν. *Eccl. lib.* 55. *tit.* 7. & 7. *C. Th.* 7. 26 *L. tit. prox. & lib.* 7. *tit.* 41. *l.* 30. *in fin. ff. de verb. fign.* 27 Ad Ruffinum. 28 *l.* 2. *C. Th. h. t.* 29 Al. *Simplicio Comiti & magistro utriusque militiæ.* 30 *l.* 3. *C. Th. h. t.* 31 Al. *conditio.* 32 *l.* 3. *in princ. J. h. t.* 33 Pro inclufis legit Cujacius. 34 Ut &. 35 Prata pinara. 36 *Al.* additur, *aut.* 37 Pafcuis. 38 *l.* 2. *fupr. h. t. Synopf. h. t. cap.* 7. *l.* 5. *C. To. h. t.* 39 *Al.* deeft, *vel particulisim.* 40 Ad Aurelianum P. P. & Patricio: qui eft *l.* 4. *C. Theod. h. t.* 41 Permittant. 42 Fundi *patrimoniales* funt, qui ad patrimonium principis pertinent. 43 *Saltuenses* fundi funt paftioni deputati nemora: Emphyteutici vero fundi funt, qui emphyteuticis jure dantur. Cujac. *tit.* adde *l.* 13. *fupr. de prædiis rustorum.* 44 Emphyteuticarii fundi falva lege fifci, donare citra judicis auctoritatem licet. 45 Ad *de reb. alien. non alien. Novell.* 7. *cap.* 1. *verf. alienationis.* 47 Evadere, *Goth.* Intellectum hujus l. vid. *decif. Ultrajed.* 38. *num.* 2. Anf. 48 Parvuli, qui jura vicefimum quintum annum. *l.* 1. *infr. de fugitivis colonis. h. lib. tit.* 63. 49 In emphyteufin fundum a fifco accipiens, non poteft fundum, eo pratenus, quod defertus fit (ne quidem, fi refcripfum principis habeat) refundere (ἀποδιδόναι) ut per contrarium avelli ab eo non poteft, etiamfi fuper eo fundo fiat licitatio ὑπεξαιρετικὴ μέσου.) Itaque fundus ita accepus apud acciipientem & ejus pofteritatem perpetuo manet. *Synopf. Baffl. manuscr.* reddendum. *Goth.* Quod eft gloffema verbi *refundendum*, quo uti eodem modo leguntur in *l. item quod. ff. de in diem. l. generaliter.* 9. *quod fi ea atum.* 16. *ff. de ftatucomp. libert.* Mod. 51 Locatio. 52 Aliquo. 53 Fermilla. 54 *Idem A. ad Florianum Com. R. P. in lib. manuscr. al. ad Florum.* 55 Fundi publici (Δημόσιοι) in perpetuum locati, fine ullis principis non aufernntur. *Synopfis Basil.* 15. *tit.* 15. *ex lib.* 54. *tit.* 1. *cap.* 9. 3. 4. Goth. Jubet lex ut fundi patrimoniales & emphyteutici juris ad domum principis devoluti, forte ex caufa defertionis, vel permutationis colonorum, poffint fuis falvo canone adjicantur, & ne ob ceffationem canonis committantur, pugnat igitur cum *l.* 2. 3. nifi hæc accipiatur de canone, illa de tributis. *l.* 1. *fupr. de fuspector. Mod.* 56 Vid. *l.* 6. 3. *h. t.* 57 *l.* 2. *in fin. l.* 5. *J. de fundis rei privatæ. h. l. tit.* 65. 58 *Al.* Impp. Gratianus, Valentinianus & Theodof. AAA. ad Modeftum P. P. 59 Vid. *l.* 7. *in princ.* 3. *de omni agro deserto. h. l. tit.* 58. 60 Alias. 61 Divinis. 62 *l.* 2. *in princ. h. t. l.* 1. *l.* 2. *fupr. ne fiscus vem quam vendat, exin. l.* 10. *tit.* 5. *l.* 1. 3. *de fundis rei privatæ. h. l. tit.* 65. *l.* 4. *l.* 5. 3. *de diversis prædiis urbanis. h. l. tit.* 69. *l.* 5. 3. *de locat. fraderunt. h. l. tit.* 70. 63 Natos etiam ante

in